

Sigismundus Primus Rex Poloniae  
Ferdinando Regi Romanorum.

70  
Serenissime etc. Accepimus Literas M<sup>ts</sup> Vestre  
quibus scribit quo consilio miserit ad Nos Venera-  
bilem et Egregium virum Joannem Langum Legum  
Doctorem, Consiliarium suum, et per eum de tribus  
istis captis, qui preda nostrorum socii fuerant et au-  
ditores, certiores nos reddiderit, gratum nobis est  
studium hoc Vestre M<sup>ts</sup> in providendo, ne quid in  
ditionibus ejus nostri homines detrimenti capiat.  
neq; possumus non probare tam prudens hoc et  
pium Vestre M<sup>ts</sup> Consilium, sed magis etiam  
illud nobis probatur, q<sup>d</sup> perstat in sententia, ut  
que Wischova, Piotrcovia, et Glogovia decreta et  
conclusa iam sunt et determinata, ea debita execu-  
tioni mandentur, hoc enim si factum sit, causa nul-  
la erit quin fiat omnia, que tot legatis mittendis  
a nobis M<sup>ts</sup> Vestra postulavit. Nam si certe su-  
mus, qui M<sup>ts</sup> Vestre in omnibus gratificari sem-  
per cupimus, qua-tenus id cum utriusq; nostrum  
dignitate fieri possit.

Ceterum q<sup>d</sup> nulla decretorum sit executio, in eo non  
Nostra magis quam Vestre M<sup>ts</sup> dignitas leditur.  
Neq; enim a Nostris modo verum et a Vestre M<sup>ts</sup>  
Commissariis decreta ista lata sunt Vestre M<sup>ts</sup>  
autoritate, que non maximi fieri videtur si decretis  
illius non paretur. Nos eorum qui capti sunt San-  
guinem non sitimus. Decretorum tantoru<sup>m</sup> executione  
fieri, et iuxta illa Nostris hominibus satisfieri cu-  
pimus. Sed quid contra Nros decretum est, fa-  
cile eos adacturi ut et ipsi iudicatum faciant. Sed  
si rei iudicate nulla erit executio, ipsa secum ex-  
pendat M<sup>ts</sup> Vestra quis usus sit futurus. Judi-



Judicium iterum, delegandorum. Nolumus male  
ominari: sed metuemus certa, neutriq' Nostrum et  
oleum quod aiunt, et opera pereat. Nos tamen quin  
denno designentur Iudices. Commissarii, qui Glogo-  
viam se conferant, non recusamus. Sed certe neq' Ve-  
stre M<sup>tes</sup> neq' Nostra dignitatis erit, perpetuo iu-  
dicare, nunquam exequi, videbitur negotium, non se-  
rio agi, neq' dubitandum est quin progressuri in iis  
causis nostri non sint nisi prius rerum per utriusq'  
Nostrum Commissarios prius iudicatarum facta  
sit executio. Quamobrem si multi per nos Com-  
missarios nostros M<sup>tes</sup> vestra cupit, cuius non  
voluntati libenter obsequemur, det operam, ut an-  
te omnia parata sit executio rerum iam iudicata-  
rum. Deinde de iis que restant iudicia exercentur.  
Sed illud tamen M<sup>tem</sup> Vestram latere nolumus,  
q' ad tempus per illam designatum, nostros Com-  
missarios nulla ratione mittere possumus, nam  
sub id ipsum tempus Comitia sumus habiluri:  
a quibus tot Senatores et Consiliarios Regni  
Nostrum abesse fas non erit. Quamobrem alium  
diem constituat, quo possint, peractis Regni Nostrum  
Comitiis Glogoviam Commissarii Nostrum profi-  
cisci. Nos pro fraterno Nostrum animo facturi  
sumus omnia, que ad retinendam et vel augendam  
potius non modo inter nos verum etiam inter subditos  
utriusq' Nostrum conjunctionem mutuam pertinere  
videbuntur. Verum illud M<sup>tem</sup> Vestram petimus, ut  
sue et Nostrum dignitati consulere dignetur, ne de-  
creta utriusq' Nostrorum autoritate lata ludibrio  
habeantur, sed eorum debita fiat executio. Da-  
tum Cracovie penultima Mensis Septembris  
Anno Domini M D XLVI.